Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



179

uidicere dñe quo uadis quia dicentem audiebat,
Quo ego uado non potes me modo sequi sequeris autem
postea. Tunc ille quare non possum inquit sequi te modo,
Animam meam proponam, Huic presumptione respondit
dñs futurum eius negationem, Lucas autem cum commemorasset
dixisse dñm simon Ecce satanas expetiuit uos ut cribraret
sicut triticum, Ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua.
Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, Tunc sub
iecit petrum respondisse. Dñe tecum paratus sum et in car
cerem et in mortem ire. Et ille ait. Dico tibi petre non canta
bit hodie gallus donec ter negis nosse me, Quam bo aliud sit
aliud illud. Unde petrus ad presumendum permotus sit
quis non uideat, At uero matheus. et hermnodicto inquit
exierunt in monte oliuet, Tunc dicit illis ihs, Omnes uos
scandalum patiemini in me in ista nocte, Scriptum e enim
Percutiam pastorem et dispergentur oues gregis, Post
quam autem resurrexero precedamus uos in galileam,
Sic prorsus et marcus. qui habent etiam haec uerba uel sen
tentiae. similiter illis uel quibus secundum iohannem uel
quib; secundum lucam petrus reuitur presumtionem suam,
Et hic ergo ita sequitur, Respondens autem petrus ait illi.
Et si omnes scandalizati fuerint in te ego nunquam scandali
zabor. Ait illi ihs. Amen dico tibi quia in hac nocte ante qua
gallus cantet ter me negabis, Ait illi petrus. etiam si opor
tuerit me mori tecum non te negabo. similiter et omnes
discipuli dixerunt. Haec prae ipsis uerbis et iam marcus
commemorat, Nisi quod non generaliter sed distinctius
Quemadmodum futurum esset expressit dicens ad eum,
Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac prius quam bis gallus
uocem dederit ter me negaturus es, Cum ita que omnes
dicant praedixisse dñm quod eum petrus et negaturus